

T A B V L A S E X T A. ⁵¹

Bibliotheca.

BAPTISTAE NANNI

Dicata.

*Quae te Sidera nascentem in Cunis
ò Nanni exceperunt?*

*Alijs afflant Singula, Tibi cuncta
adspirarunt.*

Integro Caelo auspice natus es.

Omnia tecum Astra

Circumfers, quàm graderis.

Sufficis unus tot radijs:

Illa vix tibi uni

Sunt satis.

Sensit Sphaera Veneta angustias suas:

Legavit te ad alios Orbes Europæ,

ut luceres

iuste ad mensuram.

Planetam egisti, sed numquam errasti

Certior, et constantior Stellis,

Quae trepidant, et nutant

Eò etiam maior, quòd Stellæ ex alieno,

lucent.

Tu ex tuo, quòd Soli par

et natus, et factus.

Imò Astris dominaris ut Sapiens

Sub pedibusque vides nubes,

et Sidera Nanni.

Cùm penna tua radios iacis,

Tum lingua fulminas:

Aquilam, et loquendo, et scribendo